Vorwort zur Ausgabe des Tolosanus

~~Inter~~

Inter Chronica quae de rebus in Romandiolae civitatibus ut Bononia, Faventia, Imola, Ravenna aetate imperatorum Suevicorum saeculo XIII gestis nos certiores faciunt, non ultimum tenent locum quae hic edimus a magistro Tolosano et Petro Cantinellio conscripta.

Quorum prius iam diu inter praecipuos Faventiae historiae fontes numerabatur atque usurpabatur. Inde iam hauserunt Tonducius et Rubeus quae in operibus suis de Faventiae et Ravennae historiis tradiderunt. Primum autem in lucem editum est Tolosani Chronicon a viro doctissimo Mittarellio, qui antiquum codicem Chronici manuscriptum nactus ~~exemplar~~ apographum eius confecit, sed id publici iuris facere cunctabatur, quippe cum audivisset, alium virum doctum Faventinum nomine Borsieri, idem sibi proposuisse atque editionem iam praelo parasse. Cum autem Borsierius in Academiam Ticinensem vocatus esset, ut medicinam traderet,[1] ne hic quidem opus paene absolutum edere potuit. Tunc demum Mittarellius ab amicis suis inst.

1) circa annum 1774; cf. Antonio Verna, Notizie intorno alla vita e agli scritti del Dottore Giovanni Battista Borsieri. Faenza 1886.